

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarii in primvm, secvndvm, tertivm, et quintum Ethicorum Philippi Melanchthonis**

**Melanchthon, Philipp  
Aristoteles**

**Argentinae, 1535**

**VD16 A 3417**

Divisio iuris in ius naturale, et ius positium

**urn:nbn:de:bsz:31-106587**

IN ETHICA ARIST.

litatem erga illas, ut erga alios. Iusticia autē est erga alios. Vocat igitur iustū ciuile, q̄ mutuā equalitatem inter pares conseruat iudicio rationis. Ideoq; addit oportere illud iustum legibus definitum esse, quod leges ostendunt, quid sit æquum, quidq; pariter prosit Magistratibus & ciuibus. Nam ubi tyranni sine legibus imperant, non imperant ea quæ pariter prosunt ipsis & ciuibus. Et hic locus docet preclare nos de dignitate legum quare necessariæ sint, ut delictet, ut equalitatem inter Magistratum & ciues efficiant, ne Magistratus plura imponat, quàm lex & recta ratio præscribit: quemadmodum tyrannicum necant insontes, quū cripunt uitam & fortunam insontibus pro arbitrio, plura auferunt quàm quæ competunt ipsis. Est igitur inæqualitas, quū iustum Magistratum ea tantum auferre cōueniant, quæ sunt equalia, hoc est quæ sunt lege definita.

DIVISIO IURIS IN IUS

naturale, & ius positium.

Ciuile iustum duplex est, naturale ac legitimum. Naturale est quod ubiq; eandem uim habet, nec ualet quia ita placuit, aut non placuit. Legitimum autem est quod initio nihil

COMMENTARIA.

differt, sic aut aliter constituatur, sed  
tum demum ualeat, quū constitutum  
est, ut mina captiuum redimere, aut  
capram sacrificare, non duas oues: &  
quidquid de singulis legum condito  
res constituūt, ut Brasidæ sacrificare  
et decreta quæ quotidie proponuntur.

Quidam existimant omnia iura  
tantum lege ualere, non natura: quia  
quod naturale est immutabile est, &  
ubiq; uim habet eandem: ut ignis u-  
rit hic & apud Persas, iura uero mu-  
tari uident. Verum hi errant. Non  
enim omnia lege tantum ualent, sed  
aliqua etiam natura, Ac apud deos  
fortassis secus fit, apud nos autem  
quædam naturalia mutabilia sunt,  
non tamen omnia, & tamen in his  
quæ mutabilia sunt, quædam sunt na-  
turalia, quædam non sunt naturalia.

Hic locus imprimis utilis est, & inter elemen-  
ta iuris tradi, & uarie agitari solet. Continet enim  
diuisionē iuris in ius naturale, & positiuū. Sic enim  
uulgo uocatur, id quod Aristoteles nominat Legi-  
timum

Diuisio iu-  
ris.

IN ET  
tuum. ut nat  
omnes homines  
formali sumen  
tia seu iudiciu  
tion membu  
has sententi  
cipia practi  
pia (hoc est  
stea ingenio  
nobiscum  
tur comune  
ges in Rebu  
ribus. Sicu  
hoc lumen  
recte dicunt  
Nec aliud  
lis Mosi ser  
ut ratio hab  
telligeret ho  
num. Pre  
clarus prop  
tum origin  
bitat de dec  
la docet cla  
propositus  
cupiscentia

I N E T H I C A A R I S T .

timum . Ius naturale describit ex effectu, quod apud omnes homines eodem modo se habet . Nos ex causa formali sumemus definitionē . Iuris naturale est notitia seu iudicium de iustis & iniustis, q̄ diuinitus inditum mentibus nobiscum nascitur . Eruditi uocant has sententias de moribus nobiscum nascentes, principia practica . Sicut enim aliarum artium principia ( hoc est cōmunissima sententiæ, ex quibus proficte ingeniosi & periti homines collegerunt artes ) nobiscū nascuntur . Ita de moribus nobiscum nascuntur cōmunes sententiæ, quæ pepererunt omnes leges in Rebus publicis, & omnem doctrinam de moribus . Sicut autem ipsa mens uere est opus dei, ita hoc lumen rationis uere est donū & opus dei . Ideo recte dicūt iurisconsulti, ius naturale esse ius diuinū . Nec aliud est quā ipse decalogus, qui ideo in tabulis Moysi scriptus est, & cœlesti uoce promulgatus, ut ratio haberet testimonium dei expressum, & intelligeret hoc naturale iudicium uere esse ius diuinum . Præterea quædam leges etiam in illis tabulis clarius proponuntur, quā ratio nunc post peccatum originis iudicare solet . Nam humana ratio dubitat de deo, de pœnis & premijs . Ideo prima tabula docet clare deum esse, iustos deo curæ esse, impijs propositas esse pœnas . Item ratio non damnat concupiscentiam, quæ ibi prohibetur . Atq; hoc discrimen

Ius natura  
le est ius di  
uinum.

men

COMMENTARIA

men inter tabulas Mosi, & legem naturæ obseruan-  
dum est, & si semper hoc tenendum est leges in natu-  
ra scriptas easdē esse, quæ in decalogo traditæ sunt.

Hic autem præstantia naturæ humanæ intelligi  
potest quod summa sapientia dei in mentibus nostris  
scripta est, idq; est quod scribitur hominem ad ima-  
ginem dei conditum esse, hoc est, gerentem imagi-  
nem sapientiæ ac iusticiæ dei. Nam si natura huma-  
na integra esset, & cognosceret Deum, & legi dei  
ex animo obtemperaret, haberet quandam simili-  
tudinem diuinæ iusticiæ, quia cum uoluntate dei  
congrueret. Verum rursus hic considerari debet  
quanta sit magnitudo peccati originis, hæc imago.  
hæc sapientia, hæc iusticia, corrupta est per pecca-  
tum originis. Nam & si quandam notitiam legum  
naturæ retinet, tamen non obtemperat, non cre-  
dit minis, aut promissionibus dei, nec timet, nec dili-  
git deum, tantum legem de ciuilibus & externis mo-  
ribus utcumq; intelligit, & facere potest. Ideo lex  
est in lapide picta, ut significet quales nunc sint ho-  
mines, in quibus deus scripsit legem, uidelicet, la-  
pideis pectoribus, quod non sentit, non exaudit pro-  
misiones aut minas dei, non uere obtemperat legi.  
Hæc ideo dicta sunt ut intelligatur ius naturale, ue-  
re ius diuinum esse, cuius explicatio decalogus est.

Quum autem doctrina philosophorum, poenarū  
& publi-

IN ET

publice lege  
quod si tamen  
est quod dei do  
sententijs d

1

Ius posi  
sed ualet pr  
ris positiu  
in fidem p  
turale esse  
illis dicta p  
dum est, ius  
conclusionu  
am propier  
naturalis est  
na Magist  
certam firm  
cut artifices  
ri uersantur  
tum modum  
ut medicus,  
gnis frigida  
cause coner  
imponit ser  
ignur proba

IN ETHICA ARIST.

Et publicæ leges de uita civili hinc sumantur, de his quoque si tamen rectæ rationi consentiant, sciendum est quod dei dona atque oracula sint, quia sumuntur ex sententijs diuinijs in natura scriptis.

IUS POSITIVUM

quid sit.

Ius posituum est, quod non præcipit natura fieri, sed ualet propter auctoritatem Magistratuum: ut, iuris positui est furem laqueo punire, non succedere in sedum puellam. Sicut autem supra dixi ius naturale esse principia practica, et conclusiones ex illis ducta per demonstrationem, ita hic obseruandum est, ius posituum esse determinationem talium conclusionum generalium, ad certam circumstantiam propter probabilem aliquam rationem: ut, iuris naturalis est furtum esse puniendum, hanc determinat Magistratus, quum sit generalis propositio, ad certam formam propter probabiles rationes. Sicut artifices in omnibus artibus quum circa singularem uersantur, determinant præcepta generalia ad certum modum propter uarietatem circumstantiarum ut medicus, quum ars præcipit frigida dari, alijs magnis frigida, alijs minus dat, quia multæ et diuersæ causæ concurrunt. Ita magistratus duriores leges imponit ferocibus ingenijs quàm mansuetis. Colligit igitur probabiles rationes, quare apud nos prosis